



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt I. De natura, & legis ad iustificandos homines imbecillitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

36 *Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.*
Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia, Spiritu sancto suggerente, perpetuo retinuit; districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere, quam præsentis decreto statuitur, ac declaratur.

CAPVT I.

De natura & legis ad iustificandos homines imbecillitate.

Primum declarat sancta Synodus, ad iustificationis doctrinam probè & sincerè intelligendam, oportere, vt vnusquisque agnoscat, & fateatur, quod *a* cum omnes homines in præuacatione *æ* *Adæ* innocentiam perdidissent; *b* facti immundi, & vt Apostolus inquit *c*, natura filij iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali expoluit, vsque ad eò serui erant peccati, & sub *d* potestate Diaboli ac mortis, vt non modo gentes per vim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam litteram legis Moyse, inde liberari, aut surgere possent; tamen in eis liberum arbitrium minimè extinctum esset, e viribus licet attenuatum, & inclinatum.

a Cœlest. 1. ep.
1. c. 4.
2. Corin. 5.
Rom. 5.
b Isa. 64.
c Eph. 2. 3.
sup. Sess. 5.
in princ.
d Rom. 8. & 3.
Heb. 2.

a Concil. 7.
Araus. c. 25.

REMISSIONES.

æ *Adæ* innocentiam perdidissent] Concordat Cœlest. Pap. I. epist. 1. cap. 4. & illud ad Rom. 5. vers. 12. *In omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, & illud 1. ad Corint. 15. vers. 22. In Adam omnes moriuntur, & illud Isa. 64. vers. 6. Facti sumus, &c.*

CAPVT II.

De dispensatione, & mysterio aduentus Christi.

1. Cor. 1. c. 1.

1. Cor. 1. c. 1.
1. Cor. 1. c. 1.
1. Cor. 1. c. 1.

Quo factum est, vt cœlestis Pater, s. pater misericordiarum, & Deus totius consolationis; Christum Iesum, filium suum, & ante legem, & legis tempore multis sanctis Patribus declaratum, ac promissum, cum venit beata illa plenitudo *h* temporis, ad homines miserit, vt & Iudæos,